



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 79. Bellum post Orcamense colloquium a Fœderatis restauratum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI. pollicerentur, quod deinceps nunquam  
A.C. 1586. Bronnensibus Canonis molestiam in-  
 ferre vellent: quo facto Nuntius datæ  
 fidei Syngrapham confici jussit, eam-  
 que quantocius Romam transmisit.

§. LXXIX.

*Bellum post Orcamense colloquium a  
 Fœderatis restauratum.*

*Thuan. l. 36.* Sub idem ferme tempus variæ Lega-  
 tiones ad Regem decernebantur, eo  
 fine, ut hic Princeps ad pacem Calvi-  
 nistis concedendam induceretur: ve-  
 rum in irritum cecidere eorum conatus.  
 nec etiam fœderati, quorum potentia  
 indies crescebat, magis cum Rege con-  
 tenti erant: itaque exeunte Menie Sep-  
 tembri in Orcamensi Abbatia prope No-  
 viodunum conveniebant, ibideisque  
 suas contra Regem querelas innovabant,  
 eundem accusantes, quod quidem o-  
 dium adversus hæreticos palam præ-  
 ferret, eorum tamen ducibus clam pa-  
 trocinaretur, multaque dissimulatione  
 usus esset, dum Protestantium Imperii  
 Principum Oratores exceperat. His  
 addebat, magnas quidem copias ab  
 illo ali, verum de industria tot locis  
 distributas, ut sat manifeste appareat,  
 quod neutquam ad hostes debellandos  
 illis uti vellet, igitur iidem statuebant,  
 ut tunc, quamprimum occasio ferret,  
 sed a-

Sedanum, & Jametium utpote suspectæ Sæcul.XVI.  
fidei oppida, ac hæreticorum recepta- A.C. 1586.  
cula, & asyla invadere vellent, Se-  
ctarios, qui in illis essent, ad unum  
omnes armis deleturi. Horum con-  
silia brevi effectui data: Guisius enim  
Dux aperto bello Bullionum Ducem  
insectabatur, Joyosa vero Dux illas  
corias, quæ Alvernias invaderent, in-  
deque in Delphinatum irrumperent, du-  
cere jubebatur.

Interea Regina Mater Briocum pro-  
pe Conacum in Engolismensi agro con-  
tendit, ut cum Navarræ Rege conse-  
rens eundem ad suas partes pertrahe-  
ret: igitur pluribus colloquiis utrinque  
habitatis multas ultiro, citroque quere-  
las proferebant, unde majori animorum  
acrimonia, quam ante congressum, ambo  
discedebant, & quidem Regina Fonte-  
najum, indeque Niortum, Navarræ  
vero Rex Rupellas contendebat.

### §. LXXX.

#### *Mons-Belligardense colloquium inter Lutheranos, & Calvinistas.*

Hoc item anno Mensis Martio ad con- *Thuan. l.85.*  
cordiam Calvinistas inter, & Lu- *Spond. an-*  
theranos stabiliendam nova rursus agi- *nal. n. 17.*  
tabantur consilia, hancque in rem Clau-  
dius Antonius Viennenlis Claravantius  
a Navarræ Rege in Germaniam decer-  
neba-